



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 128. Censura quarumdam propositionum contra cultum Sanctorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI  
A.C. 1523

cussa, illius Auctor appellari & audiri potest, si illam tuetur. IV. Distinguendum est inter Auctoris, & veritatis causam. V. Nullus Theologus arceri debet ob examine fidei, nisi sit suspectus in fide. VI. In materia hæresis nullus Doctor a iudicio doctrinæ rejici potest, imo etiam inimici, & infamia notati accusatores agere possunt. VII. Soli illi tanquam suspecti rejici valent, ubi agitur de Personis, non vero de doctrina, seu libris. VIII. In præsentis rerum statu non excludi debent illi, qui de fide suspecti non sunt; hoc enim pacto impedirentur censuræ contra novas doctrinas statutæ. Facultas igitur Bædæ dialogos approbavit, suppressit vero Apologiam pro Origene scriptam.

§. CXXVIII.

*Censura quarundam propositionum  
contra cultum Sanctorum.*


*Argentore  
to r pag.  
coll. 2.*

Exeunte hoc anno die secunda Decembris Facultas Theologica quasdam etiam damnabat propositiones, quæ ad eam deferebantur, ac venerationem Sanctorum, Reliquiarum, & imaginum cultum necnon canonem Missæ, & oblationes pro vivis & defunctis tangebant. In hac ergo censura præprimis illos, qui in principio sermonis ad populum

pulum consuetudinem *Ave Maria* di-  
 cendi carpunt, & illam ad Beatam Vir-  
 ginem orationem, in qua Regina cœli  
 appellatur, supersticiosam vocant, Uni-  
 versitas reprehendit, & Sanctos esse no-  
 stros apud Deum Mediatore, ac proin-  
 preces etiam nostras ad illos dirigen-  
 das approbat, eosque, qui plus honoris  
 Sanctis, quam Deo ab Ecclesia tribui  
 dicunt, mendacii redarguit, nec minus  
 perstringit illos, qui sacras Reliquias  
 venerandi, easque publice exponendi  
 usum traducunt. Iidem Doctores da-  
 mnant hanc propositionem, *putare, quod*  
*unus Sanctorum citius aut libentius unam*  
*infirmiorem curet, & adjuvet, omnino su-*  
*perstitiosum est.* Præterea Universitas i-  
 mages adorari admittit, dummodo id  
 quantum ad cultum, qui eis exhibetur  
 in sano Ecclesiæ sensu intelligatur. Re-  
 probat etiam, quod cuncta, quæ in Hi-  
 storiis, ac Sanctorum miraculis legun-  
 tur, vilipendantur, vult tamen, ut ea,  
 quæ fabulam sapiunt, corrigantur. In-  
 super contra impia verba, quibus Lu-  
 therani Canonem Missæ abrogare mo-  
 liuntur, acriter invehitur, atque inquit,  
 quod non omnibus fidelibus promiscue  
 permittatur Sacri Codicis lectio, nec  
 eis licita sit quædam de fide disputatio,  
 nec etiam populo, ut in lingua Gal-  
 lica Symbolum Nicænum in Missa de-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1523.

**Sæcul. XVI** cantet, Universitas concedit, & repre-  
**A C. 1523** hendit eos, qui affirmare ausi sunt: *U-*  
*bi Lutherus bene dixit, ibi nemo melius.* De-  
 nique usum ex titulo Eleemosynæ pro  
 Missa stipendium dandi, vel colligendi,  
 ut Deus pro vivis & mortuis exoretur,  
 eadem admittit, & approbat officium  
 Defunctorum, & anniversaria. Pro-  
 mulgata est hæc censura præsentis U-  
 niversitatis Rectore, Regiisque Con-  
 siliariis, aliisque plurimis  
 testibus.



HISTO-